



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

57. An aliquando irregularitas orta ex bigamia vera, & interpretativa sit
dispensabilis ab Episcopo? Et pro praxi hujus quæstionis adducitur
singularis,, & specialis casus. Et an Prælati Regulares in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

Quod Absol. & disp. &c. Ref. LVII. &c. 329

per culpa; y siendolo puede en ella el Obispo lo que
en las demás irregularidades; que provienen de
dolos.

2. Si por los menos puede el Obispo dispensar en
la verdadera bigamia, para que el bigamo pueda rece-
ver Ordenes menores, y beneficios simples; tampoco
impide el decreto; y es también dudoso, y remido entro
los Doctores. Villalobos, y otros Autores son de pa-
recer, que ni en la bigamia verdadera, ni interpretati-
va, ni para recibir Ordenes menores, ni executar las
recibidas, ni para beneficios simples puede el Obispo
dispensar con el bigamo. Si bien Sánchez, y otros mu-
chos con mas probabilidad defienden lo contrario: lo
que admite Villalobos, quando huiusse alguna ver-
ginitatis causa para dispensar. Huc siquique prædictus.
Machado. Sed ne deferas recognoscere meipsum
sapiens. Et haec dicta sufficiunt circa præsentem.
Tradatum in gratiam Dominorum Episcoporum
elaboratum; sed pro eius coronide satis in lignum pra-
dictibilem difficultatem discutiendum vatum est hac
et apponere; Ideo quarto.

RESOL. LVII.

*An aliquando irregularitas orta ex bigamia ver-
ra, & interpretativa sit dispensabilis ab Epis-
copo?*

*Ei pro præcis huius questionis adducitur singularis, &
specialis causa.*

*Ei an Prelati Regulares in vera bigamia possint
cum suis fiduciis absolute iuste & post suscep-
tum Ordinum dispensare? Ex p. 7. tr. 11. & Milc. 2.
Ref. 43.*

5. **A**liquos casus secundum mentem Ioannis
Propositi adduxi in part. 4. tract. 2. reso-
lut. 61. nunc & alium adducam secundum mentem
Stephani Bauni, in Theolog. Moral. parte secunda,
leg. tractatu undevicesimo, quasi. 59. ubi sic ait: Sit pro exem-
pli yit quidam qui cum procul ab ea prouincia de-
get, quam modo incollit, & in qua domicilium sibi
ac tebus suis constitutus habet virgines copulatus
vixit, quibus fato sunt factis, bona se fide ordinandum
Episcopo obtulit, impedimentum sui ad suscipiendois
ordines occasione Bigamia nescius, de hoc homine
contendo, ci ab Episcopo facultatem concedi pos-
se, vendi ordines suscepito Sacerdotij cum hac Bi-
gamia.

2. Primum, quidquid Pontifici in universa Ecclesia
ad animarum bonum & commodum, ius naturalis ac
humanum vult concessum, id Episcopo in sua Dio-
cessi, cum est necesse, nisi Papa sibi id speciali san-
ctione referuerit, tentare, ac facere est permittendum.
Sed pro casu præsenti facit necessitas, periculum sci-
licet amittenda fama ac opinoris, quam de sua vir-
tute, itaque innocentia, præclaris suis factis, apud
plebem ostentum, si à dicenda Missa prædictus Sacer-
dos, duum populi offensa absinet, et in eam enim
venientem poterit, quidq. ian in eo subesse culpa,
quam obrem ad facia Missarum solemnia pro extor-
rum more, non nisi raro, ac infrequare, audeat ac-
cedere.

3. Et quanquam ab ordine repellatur Bigamus in
capite superius & capite extremo de Bigamia, & a Con-
cilii Nicano, vult in Epistola Diu Ambrosij 82. in
Can. 1. Concil. Arelatensi, tertij sub Leone Primo, in
Canone primo, Concil. Romani sub Hilario, Hispano
secundi circa tempora Honorij, & Sisebuti Re-
gis Canone quarti, & Apostolorum 17. ubi si quis possit
bigamia, secundis fuerit nuptias copulatus, aut con-
cubinam habuerit, vetatur Episcopus esse, vel Pres-
Tom. IIII.

byter, aut Diaconi, aut profiex ex numero eorum
qui ministerio sacerdotio deseruunt; si hanc tamen statu-
ta vim suam omnem, ea severitate, quæ sunt concep-
ta, in istum exercerent, de quo fit in quæstione men-
tio, in apertum eius exicium hanc dubiè cedentem,
cum perpetuè facis eum altaris carere et fama
fue detrimento efficitur necesse, aut certe non modico
tempore, nempe dum Roma istius impedimenti dis-
penlatrices venient literæ, quod quā à Christi
Romanique Pontificis benignitate absit, in eorum
opinione reliquo, qui potestatem condendarum
legum, datam ei ad Catholicæ plebis commodum
nōnnullo modo ad exitum; fidem ergo omnem
soperat, velle Pontificem in hac istius Presbyteri, de
qua nobis est sermo, necessario tempore, Episcopo
facultatem omnem ademptam esse, dispensandi in
eius impedimento.

4. Secundo, qui Canones contra Bigamos, sunt à
Concilii, aut Romanis Episcopis scripti; eos à sus-
cipiendois ordinibus prohibent, nullo modo à suscep-
torum usum eos ergo committit Episcopus, si or-
dinato cum impedimento Bigamia, ordinum suo-
rum usum patiatut aut velit esse liberum.

5. Tertiò, in Papæ, Conciliorum legibus dis-
penfare potest Episcopus cum est necesse, nec fa-
cilius est in Vitem, Papamque transitus, ita culpas
lethalas, graues, & acerbas, qua virtutis furis in Bul-
la Coenæ sibi Pontifex leponit, in necessitate, pec-
nitenti condonat Episcopus, secundum doctrinam
Henricæ libro sexto de pœnit. capite decimo-sexto,
numero primo, & capite nono, numero septimo. Simili-
ter cum res, temporiisque exigunt, nec facilis est ad
Papam recursus, dispensari in impedimentis mari-
monij, ut notarunt Sauch. libro secundo de Matrim.
dispi. 40. num. 2. & seq. Coninch. de Sacrament. Mari-
monij, & alij. Sed res haec ambo faciunt pro Sacerdo-
te, de quo est quæstio, ergo ei concedi per Episco-
pum poterit, ut in suscepito ordine ministret, eaque
præstet omnia, que facere Sacerdotibus est in more.
Huc siquique Baunius, quæ secundum eius mentem di-
cta est volo.

6. An vero in vera Bigamia possint Prælati Re-
gulares dispensare cum suis subditis absolutè ante
et post suscepitionem Ordinum, vide Bordonum in
Consilios regular. sol. 11. n. 35. in fine ubi affirmati-
vum sententiam tenet, quod etiam docet Baunius ubi
supra quasi. 68.

RESOL. LVIII.

*An saltem dicta irregularitas vera bigamia sit dis-
pensabilis ab Episcopo quoad Ordines minores, &
simplices beneficium?*

*Ei notatur posse Episcopum dispensare in bigamia si
multitudinaria cum eo, qui contraxit cum Virgine,
secus si contraxit cum vidua, vel duplex iniit
matrimonium. Ex p. 4. tract. 2. Ref. 62.*

5. **N**egatiuam sententiam tenet Villalobos
tom. 1. tractat. 21. diff. 31. num. 13. Tura-
rianus de censur. lib. 9. disputat. 70. dub. 5. Bizoze-
rus in summa tract. de censur. cap. 2. num. 7. Squil-
lante de priuilegi. Cleric. cap. 4. dub. 6. num. 97. & aliij
penes ipsos afferentes Episcopum non posse dispen-
sare cum bigamis in bigamia vera, vel interpretati-
ua, non solum ad Ordines minores suscipiendo, sed
neque ad viuum suscepторum; & ratio est, quia
Episcopus non potest dispensare in lege Pontificis,
nisi in casibus iure concessis; sed ius excludens biga-
mos ab omnibus Ordinibus latum est à Concilio
Nicano, teste D. Ambrosio epist. 82. ergo, &c.
Canone quarti, & Apostolorum 17.

Ecc 3 Deinde

Sup. hoc su-
præ proprie-
tatem Ref. 55.
& in aliis
eius vitimæ
annot.